

indicia num. 1. Anto. Gomez *variar. lib. 3. de delict. c. 1. n. 47. in prin. Iul. Clar. in pract. quest. 94. vers. solet etiam dici. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 9. num. 1. & seqq. & c. 1. n. 2. 6.*  
 55 qui dicit, etiam de executione facta tempore ad appellandum post Anto. de Butr. Firma. Oldral. Asini. Contar. in l. v. C. si de momen. poss. limi. 3. ratiōe iuris canonici. num. 36. quia scilicet in notoriis iudiciis pronuntiatio non est propriè sententia, sed quædam iuris executio. Innocen. in c. ex parte. el. 1. verbor. signi. Roma. singu. 32. 4. Decius in c. speciali §. porro, in prin. de appella.  
 56 Quod quidem fallit primò, vt procedat conclusio, quando in ipsa sententia apparet, iudicem condemnasse vt de facto notorio, secus si simpliciter pronuntiasset, vel reum condemnasset, vt quemlibet alium criminofum, quia tunc condemnatus sic poterit appellationem interponere, & iudex ei non deferens vim faciet manifestam, vt text. arg. in c. Romana. §. sin autem, de appella. in 6. docet Salicet. in l. e. a quidem. colu. si. in fi. vers. quia prater C. de accusatio. quem referens sequitur Anton. Gomez de delictis c. 1. num. 47. vers. quod tamen intellige. Contar. in l. 1. C. si de momen. poss. in 9. limi. num. 46. & seqq. Marfi. in l. unica num. 142. C. de raptu virg. quemadmodum ad hoc vt denegari possit appellatio insigni latroni, necesse est, vt in sententia sit condemnatus, tanquam insignis latro, quoniam aliàs poterit appellare, vt per Bart. in l. cōstitutiones. in fi. ff. de appell. tenet Contar. ibi. sequitur Riminal. in cons. 274. n. 21. & faciunt notata per Cardi. & Alexan. in d. c. cum sit Roma. 3. colu.  
 58 Secundò fallit d. conclusio, quòd licet non appelleret à sententia lata in notoriis, tamen ab interlocutoria illa, qua declarat iudex ad instantiam, & contradictionem partis, notorietatem adesse (de qua supra) appellationi interiectæ non deferens vim faciet iudex notoriam, Ab. cons. 110. colu. penul. vers. & sic etiam, lib. 1. Feli. in c. Rodulph. col. penul. vers. & appellari potest, de rescript. & in c. cum non ab homine, colu. penul. vers. & nota quòd licet, de iudic. Cartet. in pract. crim. tract. de appell. §. secundus erit casus n. 14. plures allegans Anton. Gabriel commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. concl. 3. num. 60. Lancelo. Robert. de intenta. 2. p. c. 12. limi. 9. num. 13. dicens, quòd stante appellatione à declaratione super notorio, si fieri executio, non minus erit attètata, quàm si efflemus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione regulariter resultat effectus suspensiuus, qui solet causare attentata, secundum Iff. in cons. 187. colu. 6. vers. facit etiam conclusionem lib. 2. Foller. in pract. crim. in verbo item quòd est notorius delinq. n. 14. prope finem & num. 22.

Quemadmodum etiam, & in notoriis appellationi deferendum est emissæ ante sententiam à non admisione exceptionum excusabilium defensionum, quas reus proponit aduersus notorium, quia ei deferendum est, vt licet, etiam si ab ipsa diffinitiva non queat appellari, vt ex Foller. vbi proximè, tenet Farinac. in prax. crim. 1. tom. quest. 2. 1. num. 128.

Insuper fallit dicta conclusio, vt non procedat, quando in appellatione exprimeretur aliqua causa rationabilis, per quam notorium offuscaretur, vt in exemplis supra per nos positus ad confessionem, quia tunc appellationi non deferens vim faciet, vt post alios probat Nicol. Mill. in repertor. vers. notorium licet regulariter impediat. Aufser. in addit. ad decisionem Tholos. 500. in penult. addit. Cesar Contar. in repetit. l. vni. C. si de momen. poss. limi. 3. à num. 39. Lancelo. de intenta. 2. p. c. 12. limi. 9. num. 4. vt generaliter etiam dicitur, in notoriis appellatio admittitur, quando notorium habet aliquam excusationem, seu defensionem, vt tenet ipse Contar. num. 38. Clar. d. quest. 94. Marant. de ordi. iudicio. 6. p. actu 2. num. 282. fol. 251. in paruis. Carrer. in pract. crim. in 1. tract. de appella. §. secundus erit casus num. 18. Graua. in addit. ad Vestrium in pract. lib. 7. c. 3. num. 47. Gigas de crimine lese maieft. rub. fi. quest. 13. num. 6. Brun. à Sole in compendio iuris vers. appellatio datur etiam in notorijs. fol. 14. col. 1. Vulpell. conf. 137. num. 12. quod procedit, si in appellatione expresse sit specialiter ipsam causam, & defensionem offuscantem notorietatem, quia vbi à iure regulariter prohibetur appellatio, etsi aliqua specialis, & rationabili causa, à iure permiffa sit in eo casu, tunc causa exprimenda est, vt appellatio recedere queat à Regula, vt Ioan. Andr. in c. Rom. §. si autem num. 7. Archidi. num. 11. Ioan. Monach. 13. Gemini. 7. Franc. 5. de appella. in 6. Abb. in c. vt debitis in prin. n. 2. Franc. 3. de appella. Feli. in c. super literis num. 17. de refcr. & c. quoad consultationem. num. 18. & seqq. de re iud. Immol. in l. creditor. §. in sus. colu. an se penult. vers. si verò queritur. ff. de appella. Angel. in l. 1. §. interdum. num. 3. & 4. ff. quis & à quo. Decius in c. ad nostram n. 10. de appell. Roma. cons. 324. circa fi. Franc. in c. consulti num. 3. & in c. constitutus num. 18. de appella. Cuma. cons. 66. Couar. in pract. quest. 15. sub num. 1. & cap. 23. num. 5. vers. secunda conclusio. Et in terminis nostris Doctores citati in d. c. Romana §. si autem. & post alios Tirac. de penit. temp. in prefatione num. 69. Contar. in l. unica C. si de momen. poss. limi. 3. à n. 42.

Et de alijs specialibus limitationibus, huic conclusioni quòd in notoriis non licet appellari, de qua superius, videndus est Farinacius

cius in pract. crimi. tom. 1. q. 2. 1. num. 117. ad fi.  
 62 vbi quòd ab excessu pœnæ datur appellatio  
 63 in notorijs. item quòd admitatur, quando delictum est manifestum, non autem notorium, & num. 121. vt etiam detur, quando iudici à quo superior inhibuisset, & alias limi. ibi n. 124. & seqq. & ipse in tom. 2. q. 101. cap. 1. à num. 60.  
 65 Superioribus adde, quòd cum per Doctores æquiparentur, quem esse repertum in notorio, vel in flagranti crimine, & sicut contra notorium delinquentem, ita etiam contra reum repertum in flagranti delicto, procedi posset iuris ordine non seruato, & ex obrupto, ita à lata sententia seu decreto  
 66 contra reum repertum in flagranti, appellationi deferendum non esse quoad suspensiuum, probant Foller. in pract. crimi. verbo, item quòd fuit captus in flagranti crimine n. 4. & 12. Vulpellanus cons. 137. à n. 8. & n. 14. & seqq.  
 67 vbi latè de materia, & qualitate huius delinquentis, & de nonnulla declaratione huius nostræ fallentiae, videndus est Prosper. Farinac. 1. tom. q. 21. à n. 154. & seqq. & superius.  
 68 In omnibus tamen superioribus casibus, quibus hucusque retulimus à iure prohibitam esse, & denegatam appellationem, vt in conuictio, & confessio, vel sponte confesso tantum, simonia, raptu, hæresi, seditione, insigni latrone, violètia, notorijs, & similibus, non procedit doctrina, imò superfedendum est omnimodo in sententiæ executione, quoties iudex superior, ad quem itum est per appellationem, dubius, an illam debeat admittere, nec ne, & de hoc incepit cognoscere per inspectionem actorum, inhibuerit iudici à quo, text. est in c. Romana §. sin autem, de appell. in 6. Hostiens. num. 20. Ioan. Andr. 17. Ioan. Mona. 14. Archidi. 9. & post n. 11. Gemi. 3. 4. & 5. Franc. à prin. Cardi. in c. cum specia. §. porro. colu. 2. vers. sed iudex ad quem, de appella. vbi Ab. n. 6. Franc. n. 6. & 7. Faber in l. 2. n. 3. C. quorum appell. Augusti. ad Angel. de male. verbo, presente d. Caio, & c. post n. 2. 1. Marant. de ord. iudicio. 6. p. actu 2. n. 281. fol. 251. in paruis. Carrer. in pract. crimi. 1. tract. de appellatio. §. vltimus casus est. n. 3. Foller. in pract. crimi. p. 2. verb. & si consistebuntur n. 66. & in verb. pœnis debitis feriantur, n. 6. Graua. in addit. ad Vestrium in prax. lib. 7. c. 3. n. 48. Couar. *variar. questio. c. 2. 3. n. 5. ante fi. vers. quacumque tamen in causa. Baiard. ad Clarum quest. 94. num. 13.* vbi dicit, semper esse superfedendum in executione stante inhibitione iudicis ad quem, quando dictus iudex sciens appellatorem esse confessum, & conuictum, inhibitionem expediuit (reprobato Lanceloto cōtrarium tenente de attent. 2. p. cap. 20. ampliatio. 12. à n. 1.) idem quod Baiard. dicit Couar. loco citato. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Cartar. de executione sententiæ cap. 1. n. 76. Farina. 3. tom. q. 101. c. 1. n. 109. & ad huius materiam articuli vide differentem latè Lancelo. de atten. 2. p. c. 12. limi. 50. n. 128. & seqq. & in 1. limi. n. 101. cum seqq. & limi. 53. n. 54. & c. 20. ampliatio. 1. & ampliatio. 2. n. 7.

Quam doctrinam intellige, prout intelligunt, & loquuntur præcitati Doctores, scilicet, quando iudex superior incepit de causa & natura appellationis cognoscere, & sic quando inhibuit præcedente causæ cognitione, prout & nos probauimus alibi. 2. p. c. 10. à n. 23. & à num. 81. cum sequentibus. vbi de veritate huius doctrinæ tractauit.

Defuper & secundò aduerte, quòd in omnibus præfatis casibus, quibus appellationi deferendum non esse, probauimus hætenus, intelligendi sunt, prout & ipsi Doctores intelligunt, quoad vtrumque effectum, & deuolutiuum & suspensiuum, cum simus in criminalibus, & pœnis corporalibus, & minimè retractabilibus (exceptis illis casibus, quibus specialiter diximus deuolutione dumtaxat appellationem carere) vt procedat in illis appellationis prohibitio respectu sententiæ diffinitiuæ, secus interlocutoria, quoniam à quocumque grauamine, siue qualificato, siue non, appellationi esse deferendum, quoad vtrumque effectum, & deuolutiuum & suspensiuum simul, probauimus latè supra lib. 2. c. 6. per totum, vbi vide, non repeto.

An autem, & quando appellationi Clerici traditi Curia seculari à sententia iudicis secularis interpositæ deferendum sit, latè examinat, & bene cum distinctione Bernar. Diaz in pract. crimi. cano. c. 141. num. 2. & 3. & eius additionator Salced. *litera A.* qui latè prosequuntur videndi.

## CAPVT XV.

A sententia lata partim in fauorem alius, partim verò contrà, à qua solus prouocauit, quatenus contra se erat, quoad cætera consentiens: an pro parte acceptata transeat in rem iudicatam; ita vt à iudice eam execute, appellationis emissæ non deferendum, declaretur. & quid in via executiua.

## S V M M A R I V M.

Appellans à sententia quatenus contra se facit in cæteris articulis separatis, à quibus altera pars

pars non appellavit, sententia transit in rem iudicatam. n. 1.  
 A sententia continente diversa capitula separata una pars potest appellare limitatè, quatenus contra, & quoad cetera transit in rem iudicatam. n. 2.  
 Aliàs contra partem non appellatam sententia transit in rem iudicatam. n. 3. & 7.  
 Sententia tot sunt quot capitula separata in eadem sententia contenta. n. 4.  
 A sententia utranque partem gravante utraque pars tenetur appellare ab ea capitulo sibi gravante, quatenus contra &c. n. 5.  
 Utraque appellatio limitata ab ea parte sententia, quatenus contra, &c. suos deperse operatur effectus. n. 6.  
 Appellatio emissa ab uno capitulo, & per unam partem quatenus contra, non devolvit cetera capitula separata, sed transcutit contra non appellatam in rem iudicatam. n. 7. & 8.  
 Appellatio limitata quatenus contra, non suspendit iurisdictionem in capitulis separatis, a quibus neutra pars appellat, quominus executioni mittantur. n. 9. & 10.  
 Iurisdictione non est suspensa quoad ea, que non sunt in appellatione deducta, nec quoad personas in ea non comprehensas. n. 11.  
 Quo casu interim gesta non dicuntur attentata. ibidem.  
 Arbitr per pronuntiationem in una causa seu articulo, non perdit iurisdictionem in alia causa seu articulo. n. 12.  
 Iudex Ecclesiasticus vim non facit exequi capitula separata sententia, à quibus pars contra quem lata fuisse non appellavit, cum transeat in rem iudicatam. n. 13.  
 Et quo decreti genere tunc utatur senatus regius aditus per viam violentie. n. 14. & 24.  
 Appellatio quando deficit, senatus regius illo semper utitur decreti genere, que no viene por la orden y se le remite, &c. n. 15. & num. 16.  
 Appellatio quando deficit senatus regius non potest discernere vim fieri, & reponi. n. 17.  
 Delatio supponit appellationem tanquam subiectum necessarium. n. 18.  
 Appellatione limitata in capitulis separatis quatenus contra, non potest altera pars se iuvare. num. 19.  
 Appellatio limitata limitatum producit effectum. num. 20.  
 Appellatio non potest adharere nec vni appellatione limitata adversarij quatenus contra. num. 21.  
 Appellatione pendente limitata quatenus contra, à capitulo separato non suspendit executionem in alio capitulo separato non appellato, quia appellatio est in una causa, executio vero in alia. n. 22.

Nec gesta dicuntur attentata, quia deficit appellatio, nec altera pars pro illorum revocatione instans est audienda. n. 23.  
 Pars qua omisit appellare à capitulis separatis, de quorum executione tractat iudex, non poterit post decem dies ab eorum executione appellare. num. 25.  
 Et si hæc causa ad senatum per viam violentia protrahat executus, decretum vim non fieri, reportabit. n. 26.  
 Sententia in via executiva lata partim pro actore partim contra, à quo solus appellat quatenus contra, poterit capitulum separatum, à quo neutra pars appellavit, executioni mitti. num. 27.  
 Et etiam si reus executatus ab illo capitulo separato, quod contra se facit, appellat, quia nihilominus in vijs executivis executio illius faciendæ est, & de ratione. n. 28.  
 Appellatio interposita per utranque partem ab eadem sententia quatenus contra, si firmus in alimentis, & similibus privilegiatis, capitula separata pro actore mittentur executioni non obstante appellatione rei. n. 29.  
 Separatorum separata est ratio, nullaque coniunctio. n. 30.  
 A separatis & diversis non fit illatio. n. 31.  
 Diversa illa indicantur, que diversitate factorum separationem recipiunt. n. 32.  
 Et que non impediunt in aliquo negotium principale. n. 33.  
 Exceptionibus moderantibus sententiam ferendam non admittis potest appellari, nihilominus poterit procedi in causa principali tanquam separata. num. 34. ubi de exemplis. & n. 35 ubi de ratione.  
 Appellatio à causa conventionis non devolvit causam reconventionis, sed coram iudice à quo hæc erit tractanda. n. 36.  
 Appellatio interposita à sententia delegati suspendit iurisdictionem in alia causa, secus in sententia ordinarij. n. 37.  
 Connexa capitula dicuntur, que ex continentia factorum separationem non recipiunt. n. 38.  
 Connexa capitula, seu separata que dicuntur. n. 39. remissive.  
 Appellatio quatenus contra, & limitata devolvit omnes alios articulos connexos. n. 40.  
 Appellatione limitata à quibusdam articulis quatenus contra, pendente, iudex à quo non potest alia capitula connexa tamen exequi, etiam si non appellatur ab illis. n. 41.  
 Connexa unum reputantur individuum ratione connexitatis. n. 42.  
 Redditur exemplum. ibidem.  
 Appellatio quatenus contra, tunc devolvit totam causam in connexis, quando sententia in uno capitulo parit exceptionem rei indicatæ in alio. num. 43.

Appella

Appellationi limitata quatenus contra, erit omnino deferendum in ceteris capitulis connexis, licet non appellatis, aliàs vim fieri declarabitur. n. 44.  
 Quæ doctrina procedit etiam in via executiva. ibidem.  
 Appellatione limitata quatenus contra, in articulis connexis potest adversarius se iuvare, & eius virtute Regem adire, ne in connexis non appellatis iudex exequatur. n. 45.  
 Gesta à iudice à quo tangentia articulum à quo est appellatum, ut attentata sunt omnia revocanda. n. 46.  
 Inhibitio à superiore emanata vigore appellationis limitata an iudicem efficiat, ne ultra procedat in ceteris articulis separatis, à quibus non est appellatum. n. 47. remissive.  
 Appellationis, si & quatenus contra, effectus. n. 48. remissive.  
 Appellante utraque parte ab eadem sententia quatenus contra, quis iudex de causa possit cognoscere. & an diversi pro singulis appellationibus queant impetrari. n. 49. remissive.  
 Appellans quatenus contra, altera parte non appellante, an & quando possit sue appellationi renuntiare, sive in articulis connexis, sive separatis sive intra terminum, sive extra illum. n. 50. remissive.  
 Appellatio ab interlocutoria an & quando devolvat totam causam tam in articulis connexis, quam separatis. n. 51. remissive.  
**S**ERE dubitari contingit: an sententia pro aliquo in parte, & pro parte contra ipsam lata, à qua solus appellavit in quantum contra se faciebat, & in quantum pro se illam acceptando, esset pro illa parte vel tota, seu in totum per ipsam appellationem suspensam, ita vt non possit pro alia parte acceptata executioni demandari, quia si utraque pars appellasset, non esset dubium, quod tota suspensa fuisset, sed quando vnus tantum appellat, questio est, & difficultas nostra.  
 Quam vt facili quæas evitare, duos distingue casus, nam aut appellatur à sententia continente diversa, & separata capitula, aut continente vnum, duo, plurave connexa. In primo casu, quando vnus solus provocavit ab ea parte sententiæ, quæ contra eum facit, & sit capitulum separatum. cetera vero sententiæ pariter separata consentiens, quoad hæc capitula separata, à quibus neutra pars provocat, transit in rem iudicatam, contra alium, qui non appellavit, gl. celebris in l. ampliozem, verbo indicatis C. de appell. Bal. ibi in 2. column. text. in c. Raynut. & in c. Raynal. de testam. facit etiam text. & ibi gl. 2. in c. significaverunt de exceptio. Feli. Salgado de protect. Reg. Tom. II.

in c. 2. col. 2. versic. 2. limita. de mutuis petitio. & in c. cum loan. vbi Abb. de fide instrumen. num. 20. & in d. c. significaverunt num. 3. post Bar. Bal. Immol. Abbat. & Butt. locis per eum allegatis. optimè & latillimè per Philipp. Franc. in c. si duobus, post prin. vers. circa tertium casum, & num. 8. de appella. Ozafo. decis. Pedemon. decis. 142. num. 27. Faber & Salicet. in d. l. ampliozem. Bar. consil. 150. & per eos Parla. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. 5. 12. num. 6.  
 Et quod à sententia, continente diversa 2 capitula separata, pars vna appellet limitatè quatenus contra, illa appellatio valeat pro illa parte, & capitulo limitato, & pro reliqua parte & capitulo, in quo non est appellatum, sententia transeat in rem iudicatam; tenet, sequitur Philipp. Franc. in d. c. si duobus num. 8. 9. & 10. Escacia de appella. quest. 17. limi. 21. sub num. 19. & iterum quest. 10. num. 7. vbi quod hoc casu est necesse, vt utraque 3 pars appellet, aliàs sententia transiret in rem iudicatam, contra non appellatam, Franch. in d. c. si duobus num. 6. versic. circa tertium, & num. 11. & ibidem Cardin. Alexandrin. sub num. 11. vers. aut pars in fi. & vers. aut sententia. Cardinal. Tusc. practicar. concl. tom. 1. littera A. conclus. 366. num. 1. & 6. & per totam conclusionem.  
 Et ratio huius est, quoniam sententia, quæ 4 continet diversa capitula, & separata, tot sunt sententiæ quot sunt capitula separata, l. quadam mulier. ff. familia eris. l. Carmelia Pia ff. de iure patron. l. etiam S. ex causa. ff. de minorib. gloss. in verb. eadem in c. 2. de ordine cognitio. Barbat. consil. 10. col. penult. in fi. versic. & ideo dicimus lib. 1. Paris. post alios in consil. 66. videtur lib. 1. Cæsar Contrar. in l. vnic. lim. 1. num. 38. C. si de momen. poss. Philipp. Franc. in d. c. si duobus num. 8. versic. secundo queritur. de appella. Papiens. in praxi in form. appell. à sentent. diffinit. in gl. occasione cuiusdam sub num. 4. fol. 408. Escac. de appellat. quest. 17. limi. 21. sub num. 191. & quest. 10. sub num. 7. & ipse post Rotæ decisionem in l. 1. causarum civil. & crim. c. 7. num. 706. Cardin. Tusc. practic. conclus. littera S. conclus. 164. per totam, & vide eundem 1. tom. littera A. conclus. 366.  
 Et quando utraque pars gravatur in eadem sententia, utraque pars tenetur appellare, ab eo capitulo sententiæ illi gravante, & quod contra se facit, text. in c. quoad consultationem. de sentent. & re iudic. text. in d. c. Raynut. & in d. c. Raynal. de testament. l. 1. C. si sapius in integ. resti. postule. ibi, appellare enim debuistis, si sententia vobis displicebat, &c. l. ab eo C. quomo. & quando iudex, & utraque appellatio limitatè interposita, 6

ab ea parte sententia, quæ contra appellan-  
tē facit, suos de per se operatur effe-  
ctus, vt latè prosequitur Philip. Franc. in d.  
c. si duobus versic. secundo queritur, & sic con-  
tra partem non appellan-  
tem à suo grauamine, & in alterius fauorem lata sententia  
transit in rem iudicatam, quemadmodum  
si à neutra prouocatum fuerit, in totum  
transiret, quia ab vna parte, ab vnòque gra-  
uamine separato appellatio emissa, cætera  
capitula diuersa non deuoluit, quam ratio-  
nem omnes supradicti reddunt, adeo vt pars  
sententiæ translata in re iudic. executionem  
expectet. l. post rem iudicatam, cum vulgaribus.  
ff. de re iudic.

Quapropter dicunt eleganter Cyn. Bal.  
& Salicet. in l. fin. C. quando prou. non est ne-  
cesse. Ioan. Fab. Bal. & Salicet. in d. L. amplio-  
rem. quos referens sequitur etiam Nicol.  
Boer. decis. 73. num. 1. quod si super articulo  
separato aliquis credit se grauatum, appel-  
let. quæ appellatio cum in aliis sententiæ ar-  
ticulis diuersis, in quibus per aduersarium  
aliàs non fuit interposita, illa non deuoluit,  
nec suspendit iurisdictionem iudicis, quo-  
minus ad illorum executionem queat per-  
uenire. idem dicit Card. in rubr. vi lite pen-  
den. quod in non appellatis capitulis procedit  
executio, Paul. Castr. consil. 270. incipit  
viso puncto supra scripto vol. anti.

Et ratio est, quoniam appellatio inter-  
posita super vno articulo separato, non sus-  
pendit iurisdictionem iudicis à quo, in aliis  
articulis separatis, nec eam deuoluit, quem-  
admodum proposita in vna causa diuersa, in  
alia diuersa suspendere non potest. c. ad hæl  
1. de appellat. gloss. in c. Romana. §. cum verò de  
appellat. in 6. Abb. in cap. super eo el. 1. de ap-  
pellatio. vbi Franc. col. 3. & idem in cap. pre-  
terea el. 1. in 2. nota. & in cap. proposuit. in prin.  
de appella. vnde supposito quod non suspen-  
datur iurisdictione in capitulis diuersis non  
appellatis, in illis rectè procedit executio  
pendente etiam appellatione ab alio, aliis-  
ve capitulis separatis sententiæ, nec vllate-  
nus suspenditur, l. fin. vbi Doctores C. quan-  
do prouocare non est necesse, & pro singulari  
notat Cotset. in singul. in verbo appellatio. in-  
cipit regula est, versic. limita quinto. Decius in  
conf. 33. viso col. 3. versic. sciens esse videtur. Rota  
decis. 31. aliàs 193. si ab excommunicatione, de  
appellatio. in nouis in fi. Soci. consil. 45. visa sub  
num. 5. versic. quibus suppositis lib. 1. vbi etiam

vult, quod per appellationem, de qua ibi,  
non sit suspensa iurisdictione, quoad ea, quæ  
non sunt in appellatione deducta, nec quo-  
ad personas in appellatione non compre-  
hensas; & quod propterea gesta his casibus,  
non sint tanquam attentata reuocanda, tra-

dit etiam copiosè & eleganter Paris. conf. 66.  
videtur lib. 1. Ioan. Monach. in rubr. vi lite  
pendente in 6. Eguid. Bellam. in consil. 18. in-  
cipit ecce quod facta col. 1. versic. contrarium,  
vbi inter cætera mouetur de arbitro, qui  
per pronunciationem in vna causa, seu arti-  
culo, non perdit iurisdictionem in alia cau-  
sa, seu articulo. l. quilibet §. si de pluribus. l. quod  
tamen ff. de arbit.

Hinc & ex proterius dicendis euidenter  
apparet nostræ difficultatis resolutio, vt iu-  
dex Ecclesiasticus nullo modo vim faciet  
exequendo illa capitula separata, à quibus  
altera pars, in cuius preiudicium pronuntia-  
ta sunt, non appellauit, & aduersarius con-  
sentit, appellans simul ab eo, quod contra  
se fertur, etiam hac appellatione pendente,  
cum illa transeat in rem iudicatam, nec  
suspensa sit iudicis à quo iurisdictione, in hoc  
casu supremum tribunal aditum per viam  
violentia, ita declarabit, vim non fieri, vel  
potius, & proprius decretum erit, vt cau-  
sa non venit, per ordinem debitum, soli-  
tūque. hoc est, que non viene per la orden y se  
remite al juez, & c. quod verum est, quan-  
do ipse conueniens vult se iuuare appella-  
tione aduersarij limitata, & eius virtute ad  
supremum tribunal confugit, pro tollenda  
violencia, quæ nulla adest hoc casu. quo de-  
creti genere semper est vtendum, quories  
deficit appellatio. quoniam in huiusmodi  
executione non datur attentatum, quod vlt-  
tra superius dicta probatur; etenim deficit  
appellatio ab ipsis grauaminibus, seu capi-  
tulis separatis de quorum executione tra-  
ctatur, imò expressè aduersarius eis præsti-  
tit consensum, & etiam tacite per partem  
non appellan-  
tem, iuxta iura vulgaria, qui  
appellationis defectus attentata excludunt.  
c. non solum, de appella. lib. 6. l. 1. & sit. toto ff.  
nihil nouari appellat. pendens. nec tribunalia  
possunt vim fieri non deferendo appella-  
tioni declarare, cum appellatio non adit,  
in qua tota violentia cognitio, & funda-  
mentum consistit ex iuribus & legibus Re-  
gis, iussive aliis, quæ latè diximus supra 1. p.  
c. 1. & c. 2. à num. 64. & vt dicit Lancelot.  
de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 2. num. 38. quod  
delatio præsupponit appellationem, tan-  
quam subiectum necessarium, cui deferri  
possit, vbi illud probat, quod delatio ap-  
pellationis ab articulis separatis non sus-  
pendat iurisdictionem in aliis articulis se-  
paratis.

Deinde, quia non potest se iuuare appella-  
tione per alterum interposita ab eo sepa-  
rato articulo, qui contra se facit, ceteros  
consentientem. & sic appellatio limitata ad  
illum, pro illo tantum valet, & in cæteris  
transit

transit sententia in rem iudicatam, iuxta su-  
pradicta, quia appellatio limitata limitatum  
debere effectum producere, dicunt, arg. l. in  
agris. ff. de acquir. rerum domi. c. de cetero de sen-  
tent. e. xcommun. & cap. ea nositur eodem tit. Pa-  
normi. in cap. si duobus in fi. vbi etiam exactè  
optimèque per Philippum Francum versic. se-  
cundo limita, de mutis petitio & in c. cum Ioan.  
de fide instrum. num. 20. vbi alios allegat. se-  
quitur Ozalvus decis. Pedemont. decis. 142.  
num. 25. dicentes, quod cum isthac ita li-  
mitata appellatio limitatum effectum pro-  
ducatur, altera pars, quæ non appellauit ab  
aliis articulis separatis, illam grauantibus,  
illam non iuuat nec prodest.

Nam sic excluditur appellatus, ne possit  
adhærere, & vti appellatione appellantis,  
in capitulis facientibus contra ipsum appel-  
latum. hocque vtilis redditur hæc praxis  
appellandi quatenus contra, Ab. in c. cum  
Ioan. sub num. 17. Inmol. col. 8. versic. sed fortè  
istud dictum, de fide instrum. Feli. in c. signifi-  
cauerunt. limit. 2. n. 3. de exceptio. Vestr. in prax.  
lib. 7. c. 3. sub num. 29. versic. amplius quia, & n. 30.  
fol. 203. Lucas Part. in prax. capitol. lib. 5. cap. 1.  
num. 19. versic. quod si fortè. & num. 20. & 21. &  
Marques. Escac. de appella. quæst. 17. limit. 2. 1.  
n. 19. & 20. Cesar Contar. in l. vnica. quæst. 22.  
sub num. 5. versic. quibus. & num. 6. & 7. c. si de  
momen. poss. Achil. de Grass. decis. 8. appellat.  
de appellatio. fol. 207. & decis. 1. aliàs 227.  
appellationi eodem tit. fol. 104. Papien. in prax.  
in forma appell. à sent. diffi. in gloss. occasione cu-  
iusdam, sub n. 4. fol. 408. Et esse communem  
opinionem, testatur & sequitur Escacia vbi  
proximè, & quæst. 10. sub num. 8. qui omnes  
etiam probant, quod huiusmodi limitatæ  
appellationis quatenus contra, virtute non  
deuoluitur causa ad superiorem, nisi in ca-  
pitibus, à quibus est appellatum.

Facit etiam illud elegans dictum, latè &  
eleganter deductum per Augustinum Be-  
roium in consil. 113. visa num. 4. & per ro-  
tam. lib. 3. quod appellatione huiusmodi  
pendente ab vna parte limitatim executio  
in alio articulo diuerso non appellato, non  
inducit attentatum, quia appellatio est in  
vna causa, executio verò in alia causa. Se-  
quitur Lancelot. Rober. de attentat. 2. p. c. 12.  
limit. 2. & eodem c. 12. limit. 44. vbi dicit, quod  
appellatione interposita per vnum in parte,  
& partibus, quatenus contra eum facientibus,  
vt si is, qui non appellauit, nec causam  
commisit, prætendat, aliquid pendente di-  
cta appellatione aduersarij fuisse attentatum,  
& instet pro reuocatione; non sit audiendus,  
quia non potest dari reuocatio, nisi detur  
appellatio, nec ille iuuatur ex dicta appella-  
tione limitatè interiecta per aduersarium ab

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

quo, quod contra se faciebat, ex Philippo  
Franco vbi supra, cuius autoritate ita fuisse  
aliàs tentum in vna Venetiarum Monasterij  
24. Februarij 1584. coram Notaria, quæ est  
decisio inter recolletas per Putcum 14. in-  
cipit commissio. sub rub. de appellat. & sequitur  
Lancelotum idem, licet obiter, tener Escacia  
tract. de appella. quæst. 17. limit. 2. 1. sub n. 23.  
ante medium, & quod sententia continens  
diuersa capitula, si quoad quædam est appel-  
latum, quoad alia transeat in rem iudicatam,  
ita vt possit exequi quoad rem iudicatam, te-  
net Card. Tusc. pract. condus. tom. 1. litera A.  
concl. 366. num. 6. ac propterea cum deficiat  
isto casu appellatio, & id euidenter ex eorum  
actorum inspectione appareat, potius & pro-  
prius decretum erit concedendum in supre-  
mo tribunali, adito per hanc viam recursus,  
& violentia, scilicet, non venire causam per  
ordinem debitum solitūque, vt in simili-  
bus casibus, quibus deficit appellatio, de-  
clarari assolet, cum sit causa finalis, & mate-  
rialis, ac fundamentum etiam, ipsa appella-  
tio, quia ista diuersitas, & separatio causa-  
rum, & articulorum præsupponit necessa-  
riò, quod in vna causa, seu articulo sit inter-  
posita appellatio, in alio verò non, vt opti-  
mè colligitur ex Parisio conf. 66. videtur lib. 1.

Attamen cum ipsa pars quæ intra termi-  
num ad appellandum à prædictis grauami-  
nibus, & capitulis separatis, de quorum exe-  
cutione tractat iudex, non prouocauit, id  
tandem facere memor sit ab eorum execu-  
tione; audiendus non est. nec tali appella-  
tioni deferendum, quoniam cum à senten-  
tia translata in rem iudicatam non liceat ap-  
pellari, ita nec ab eius executione. l. ab exe-  
cutione ff. de appella. l. ab executione C. quorum  
appell. non recip. l. quoniam iudices C. de appella.  
de quo latè supra diximus 2. p. cap. 3. à prin.  
& infra 4. p. cap. 1. & c. 3. nec tunc etiam hoc  
casu appellationi denegans delationem, iu-  
dex violentiam commisit, appareat, ac ideo  
si pars vigore huiusmodi appellationis à se  
interposuit à iudice procedente, & execu-  
te articulum separatum translatur in rem  
iudicatam ad senatorem confugiens, decre-  
tum reportabit negatiuum, nempe, vim nul-  
lam committere iudicem, cique causam ite-  
rum remittendam.

Et horum argumento resoluit Parlador  
lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. 5. 12. num. 6. circa vias  
exequutivas, quod sententia lata partim pro  
creditoribus, petente executionem virtute ali-  
cuius instrumenti guarentigati, puta; partim  
verò aduersus reum, appellat igitur cre-  
ditor, quatenus aduersus se facit dicta sen-  
tentia, quatenus verò pro se facit consen-  
tens, vt iudicatis pareatur, perit. qui quidem  
omnimodo

omnimodo audiendus est, ex ipso Parladorio; si dicta sententia diuersa contineat capitula, in iis, quæ pro actore creditore faciunt, executioni mandanda sit, aliquorum ex auctoritatibus allegatis superius motus. Et  
 28 illud specialissimum aduerte in viis executiuis, vt cum sententiæ executioni locum esse declaratur, non obstante appellatione ab ea per debitorem interiecta, sit executioni demandanda, præfata Parladorij doctrina locum adhuc habebit, etiam si debitor pariter appellauerit ab ipsa sententia, quatenus contra se facit, ad differentiam iudiciorum ordinariorum admittentium appellationem, nec executionem postulatam, nisi prius transeat in rem iudicatam, in quibus vi utraque pars appellat ab eis capitulis aduersus eam facientibus, totius sententiæ effectus suspenditur, & tota causa ad superiorem deuoluitur, prout loquuntur Doctores hucusque allegati, at in viis executiuis, cum etiam si sententia non transeat in rem iudicatam, nec id expectetur ad eam exequendam, nec appellatio etiam à tota sententia emissa, illius effectum suspendat, pariter & eodem modo nec appellatio per creditorem ab articulo separato, ac ideo siue creditor dumtaxat prouocet, ab huiusmodi sententia, quatenus cõtra se facit, siue etiam debitor ex eadem causa: mandari debet executioni sententia pro illa parte, & capitulis, à quibus debitor appellat, cum in fauorem actoris lata sit. & hoc aduertit etiam Parlador. *ubi supra*, licet non declarat ita, sed loquatur aliquatenus sub verborum confusione & inter dõctes. Et ex eadem ratione idem  
 29 intelligo, & extendo ad alia iudicia sui natura inappellabilia, scilicet priuilegiata, & executionem merentia, vt in sententia alimenterum, & similibus, & hoc casu, cum scilicet adest vtriusque partis appellatio interiecta per debitorem, seu alias reum, deferendum non est, nec in tribunali adito per viam violentiæ, declarabitur, non venire per ordinem solitum, cum ad sit appellatio: sed directò primum genus violentiæ, puta, vim non fieri, concedetur.  
 30 Eo & hucusque dicta corroborata, quoniam separatorum separata est ratio, nullaque coniunctio, l. si maritus 1. C. de donatio. inter vir. & vxor. c. inquisitioni. de appella. text. in c. Raynal. de testa. nec à separatis, & diuersis fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus cum  
 31 similibus, & illa dicuntur inter se diuersa, que diuersitate factorum separationem recipiunt, vt post Bar & Bal. in l. 1. C. si vnus ex pluribus appella. Bar. in l. Aurelius §. idem quæsit. in fi. ff. de liberatio. legat. Roman. in cons. 300. in casu proposito in fine. Feli. in c. significauerunt. colu. 5.

sub num. 9. vers. præterea non video, de exceptio. ni. & facit text. in l. amplioem. in prin. & ibi Bal. & Salicet. C. de appella. l. etiam 1. §. 1. ff. de minor. l. quædam mulier, in fi. & ibi Floria. de sancto Petr. ff. familia hercis. latè Boer. decif. 73. num. 4. Alexan. in cons. 89. diligenter n. 10. lib. 1. qui dicit, ea dici, quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negotium principale, Philip. Franc. in c. super eo. l. 1. de appella. in prin. illud constituentes exemplum, si contra libellum actoris opponatur exceptio, quæ concernat moderationem sententiæ ferendæ, vt puta, si non, neget, eum esse debitorem, sed dicat, se non teneri, nisi in quantum facere potest. quia si à non admisione huius exceptionis appelleret, appellatio dicitur, esse in causa separata. Alia etiam elegantia exempla constituit idem Philip. Franc. in d. c. super eo. quod sequitur à Lancelo. Robert. de attenta. 2. p. cap. 12. limi. 2. num. 7. & seqq. vt scilicet, si sit reiecta exceptio compensationis, & à reiectione appelleretur, nam potest; nihilominus, procedi in causa principali. vel hæres opponat exceptionem inuentarij, vel maritus, seu donator exceptionem, ne conueniantur, ultra quàm facere possint, vel appelleretur à condemnatione expensarum in aliquo articulo ratione contumaciæ.

Et in similibus casibus, si ob reiectionem appelleretur, potest nihilominus procedi in causa principali, cum his casibus appellationes interpositæ non contradicant, nec directò impugnent sententias, in causa principali ferendas. pariter potest procedi in principali non obstante appellatione tanquam interposita in causa separata, ex eisdem Doctoribus.

Cuius etiam est farina, quod in proposito dicit ipse Philip. Franc. in d. c. super eo quod de appella. colu. si. vers. quartus & vltimus casus est, quod si coram vno iudice penderet causa conuentionis, & appellatio interposita in causa conuentionis non deuolueret, nec suspenderet iurisdictionem in causa reuentionis, sed remanet cognoscenda coram iudice à quo, vt isto casu contingat, quod causa conuentionis, & reuentionis debeant, coram diuersis iudicibus agitari, & diuersis sententiis terminari, secundum Innocent. in c. cum nobis olim. de electio. & Ab. in d. c. super eo quod. & plenius per Doctores in cap. 1. de mutuis petitiõ. vide etiam nonnulla alia exempla per eisdem Doctores superius adductos.

Et isthanc doctrinam hucusque à nobis propositam, & fundatam, limitare voluit, vt minimè procedat in appellatione interiecta à sententia lata per iudicem delegatum, quoniam

quoniam illa emissa in vna causa, suspendit iurisdictionem etiam in aliis causis, licet secus sit in ordinario. gl. in verbo ad tempus, in c. pastoralis, de appella. per quam ita tenuere Domini de Rot. in decif. 15. aliis 163. nota quod ubi, de appella. in antiq. contra quam latè insurgit eam reprobandus Philip. Franc. & Gemini. relati. & sequuti per Lancelo. Robert. de attenta. 2. p. cap. 12. d. limi. 2. à num. 3. 2. vbi etiam alias limitationes ponit & illas reputat veras.

38 Circa secundum casum seu distinctionis membrum, supra in initio huius capituli appositum; quando scilicet appellatur à sententia continente vnum tantum, duo, plurave capitula connexa, & coniuncta, quæ tunc dicuntur illa, quæ ex continentia factorum separationem non recipiunt, ad l. 1. C. si vnus ex plur. appella. cum aliis allegatis per Boerium seu maus Signoro. de Homodeis inter consilia Boerij in cons. 7. per totum. & Feli. in c. significauerunt de exceptio. Emilian. in cons. 75. cum satis n. 12. & similiter Moder. in annota. ad Aeguid. num. 145. post Innocent. in c. cum interloqu. perul. & si de re iud. optimè etiam Boer. in decif. 63. num. 4. latè & eleganter declarat Menoch. in tract. de arbi. iudi.

39 lib. 2. cent. 1. casu 95. per totum. vbi, quæ dicantur connexa, & quæ dicantur separata. Cardin. Tusc. practicar. conclus. tomo 1. litera A. concl. 366. per totum, præcipuè à n. 4. Fuluius Pacian. tract. de probatio. lib. 1. cap. 26. num. 40. & 94. Sigismund. Escacia lib. 1. casuarum civil. & crimi. cap. 11. num. 362. cum pluribus seqq.

40 Igitur quando appellatur à sententia continente vnum capitulum, vel plura tamen connexa, etiam si ab vno dumtaxat interponatur appellatio, suspendit, & deuoluit iurisdictionem ad superiorem super cæteris articulis, seu capitulis coniunctis, ita vt iudex inferior illa alia, à quibus prouocatum non fuit ab altera parte, executioni mandata re non poterit. Sed appellatione illa limitata, etiam à proponente quatenus contra, dumtaxat; potest aduersarius, qui non prouocauit, vt, seque illa iuuare, atque rueri. & iudex superior potest super toto negotio, & sententia cognoscendo, mutare, alterare, seu annullare, & ea facere, quæ sibi iusta videbuntur, cum alios articulos non appellatos, connexos tamen deuoluat appellatio, quia non transeunt in rem iudicatam stante appellatione ab vno coniuncto, ita voluerunt B. cons. 150. exordien. cum prædicta examinarem. Iacob. de Ga. & Ioan. Fab. Bal. & Salicet. in l. amplioem C. de appell. & ibi Alexan. in additione ad B. & idem Bal. in l. si C. quando prouocare non est necesse. vers. quæro de tali casu. & ibi Salicet. & Alberi. in l. 1. vers. item si ali-

41 quæ velit appellare, eodem tit. Barb. in c. Raynut. de testam. Anto. de Butr. in c. cum Ioan. in vlt. q. & ibi Ab. Sicul. Ioan. de Immol. & Felin. vers. in text. ubi infirmantes. Rot. decif. 358. cum hoc casu appellatio sit communis, l. amplioem C. de appell. Ozaic. decif. Pedemon in decif. 142. num. 27. optimè & eleganter per Boerium decif. 73. num. 6. vbi reddit rationem, quia connexa reputantur vnum, & idem indiuiduum ratione connexitatis, vt etiam dicit lfi. in cons. 187. incipit circa primum colu. 7. vers. 9. fallit lib. 1. & reddit etiam exemplum ipse Boerius, quod siquis petierit fundum, & in sententia fuerit sibi medietas fundi adiudicata, & pro alia dimidia reus fuerit absolutus, & ab hac sententia, quatenus contra se faciebat, ipse actor prouocauerit, quod huiusmodi appellatio totam causam suspendit, & deuoluit, in tantum vt nec pro illa parte in qua non appellauit, sententia potest mandari executioni, & per Dinum cons. 26. quæstio talis est, tenet Cardin. Tusc. practi. concl. tomo 1. litera A. concl. 366. à num. 7. & n. 3. latè Escacia de appella. quæst. 17. limi. 2. n. 25. vbi plura exempla & num. 31. Philip. Franc. in c. si duobus colu. 4. num. 7. vers. sed queritur primo, de appella. Feli. in c. significauerunt 11. sub n. 5. vers. aduerte etiam, de exceptio. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. n. 30. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de appella. §. 1. col. si. vers. sed pone num. 13. Anto. de Butr. in d. c. si duobus num. 6. in fi. quem ibidem referunt Ab. in fi. n. 20. & Franc. sub num. 4. vers. secundo hoc fuit statutum. optimè etiam Decius ibi num. 55. Hieronym. Gabr. cons. 38. sententia lata num. 1. & seqq. lib. 1. Lancelo. Robert. de attenta. 2. p. cap. 12. limi. 2. num. 25. & 26. & ita intelligi debet Marquesan. de appella. 1. p. cap. 28. num. 49. dum indistinctè & simpliciter asserit; quod appellatio quatenus contra, deuoluit totam causam, tam in parte dimidia, qua succubuit, quàm in parte sibi fauorabili, maximè quia in comprobatione allegat B. Boerium & Lancelo. locis nuper citatis, iuxta quos intelligendus est præcisè.

Et istam nostram doctrinam declarandam esse, vt procedat, quando talis est connexitas, vt sententia in vno capitulo lata, pariat exceptionem rei iudicatæ in alio, docuerunt Bal. in cap. 1. circa si. de controuer. feud. apud pares terminos. Decius cons. 33. sub n. 4. colu. 3. vers. & ad hoc bene facit lib. 1. post Auant. cons. 99. & sentit idem Decius in c. ad hæc, post prin. de appella. facit Rota in decif. 1. aliis 138. si appellatur de off. deleg. in nouis. & decif. 65. aliis 461. si appellatur, de appella. in nouis. super quo latè examinantem vide Lancelo. de attest. 2. p. cap. 12. limi. 2. num. 8. & sequentib.

43

- 44 Igitur cum per hanc appellationem ab vna parte, vnòque tantum articulo connexo interposita, suspendat iurisdictionem iudicis à quo, ne ulterius ad executionem ceterorum articuloꝝ valeat procedere, imò ea appellatione etiam altera pars non appellans potest se iuuare, & sibi prodest, iudex illi appellationi in totum, hoc est, respectu aliorum capitulorum connexorum deferre, omni modo teneatur, vt ultra supradictos, etiam post alios loquens in viis executiuis, ita dicit eleganter Parlador. lib. 2. verum quoti. c. fin. 5. p. 8. 12. sub num. 6. sequitur vt in tribunali per viam recursus, & violentiæ adito,
- 45 necessariò declarandum, vim facere iudicem, non deferendo appellationi, quæ realiter adest (cum ea se iuuare potest aduersarius) reponatque omnia postmodum attentata.
- 46 Pro quo etiã facit, quod Achill. de Grass. decis. 3. o. attentata. sub rubr. de attentat. cui concordat, alia eiusdem 32. incipit attentata, eodem tit. Rota decis. 3. 1. aliis 193. si ab excommunicatione, de appellat. in nouiss. Mill. in reposito. verbo, appellans à sententia excommunicationis. Philipp. Franc. in c. ad hoc el. 1. in 1. nota. de appella. Lancelo. de attentat. 2. p. c. 12. limi. 2. num. 23. & seqq. dicunt, quòd illa omnia quæ iudex inferior fecerit tangentia articulum, à quo est appellatum, sunt innouata, & attentata, & vt talia reuocanda, & multa alia circa hanc materiam, vbi de pluribus questionibus consule Philipp. Franc. in d. c. super eo quod. & in c. si duobus, & in c. ad hoc, el. 1. de appellatio. & etiam Lancelo. Robert. de attentat. d. limi. 2. vbi multa, & præcipue ibi latè videbis examinata: an inhibitiò emanata à superiore vigore appellationis emissæ ab vna tantum parte respectu vnus articuli separati: an afficiat, & suspendat iurisdictionem iudicis à quo, ne ultra procedat ad executionem ceterorum articuloꝝ separatorum, quando scilicet ipsa inhibitiò expedita fuit super omnibus articulis, licet pro vno tantum fuerit appellatio interiecta.
- 48 Et de pluribus effectibus huiusmodi appellationis, si & quatenus contra, an in articulis separatis, seu cõnexis ab vtraque parte interposita, separatim tamen, quis de causa possit cognoscere, & an de vtraque appellatione, an diuersi iudices impetrari possint pro singulis appellationibus, vide latè Escaciam post alios in tractatu de appella. quest. 10. art. 3. à num. 10. cum seqq. fol. 113.
- 50 Et an & quando appellans quatenus contra, altera parte nõ appellante, possit suæ appellationi renuntiare in præiudicium alterius, tam articulis connexis, quàm in separatis, tam intra terminum decem dierum,

quàm extra illum, vide exactè, & distinctè per Esca. de appella. q. 17. limi. 2. à num. 99. cum seqq. & supra à num. 95. cum seqq.

Et an, & quando appellatio ab interlocutoria deuoluatur totam causam tam in articulis connexis, quàm in separatis, vide latè per eundem Escaciam quest. 17. limi. 47. memb. 2. à n. 1. fol. 511. quæ mei non est tractare, sed remittere tantum.

## CAPVT XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emissæ à sententia, seu articulo causæ, aut etiam à tribus conformibus, an, & quando iudex Ecclesiasticus non deferens, vim faciat.

## S V M M A R I V M.

- Appellari tertio non potest in quacunque causa. n. 1.
- Sententiarum trium conformitas impedit ulterius appellare, siue sint interlocutoria, siue definitiua. n. 2.
- In quolibet casu articulo, seu grauamine diuerso, his poterit grauatus prouocare, non amplius. n. 3.
- Iura plura canonica interpretantur genericè dispositione, toties quem posse appellare, quoties sit grauatus. n. 4.
- Miljes grauatus in vna causa, totidem poterit bis à singulis grauaminibus appellare. n. 5.
- Tres sententias qui contra se reportauit super aliquo articulo seu grauamine etiam diffinitiuas, debet indicatis acquiescere, quia contra illum præsumptio iuris est. n. 6.
- Quilibet pars potest ab eodem articulo bis prouocare, ita vt super eodem quinque ferri possent sententiæ. n. 7.
- Quod contingere potest, siue appellationes & sententiæ sint alternatim, siue successiue, siue interpolatim late. n. 8.
- Exemplificatur. n. 9. & n. 11.
- Unica C. ne liceat tertio prouocare, ponderatur, & interpretatur. n. 10.
- L. 2. tit. 2. 3. p. 3. verba referuntur. n. 11.
- A sententijs que iuris dispositione non transeunt in rem iudicatam, appellari tertio non potest. n. 12.
- Desertio tollit appellationem etiam in actibus extraiudicialibus & alijs, que non transeunt in rem iudicatam. n. 13.
- Deserens appellationem ab actu extraiudiciali, auditur per viam querelæ & recursus, non tamen appellationis. n. 14.
- A sententia qua non transit in rem iudicatam, non auditur quis appellans post decem dies, licet alio remedio non excludatur. n. 15.

A sen

- A sententijs interpolatim aut alternatim latis, que sit executioni mittenda, & in cuius partis fauorem. n. 16.
- Varia Doctorum assertiones in hoc articulo. ibid.
- Errore lapsos esse Doctores in hoc articulo clarè monstratur. n. 17.
- Quatuor appellationes licet ab eodem articulo dentur, non tamen possunt requiri sex sententiæ. n. 18.
- Sententiæ tres conformes in quolibet articulo exequuntur: non obstante qualibet exceptione etiam nullitatis. n. 19.
- Tres conformes sententiæ aliquo pro se obtinente, impossibile est, vt altera pars alias tres habere possit in eodem articulo. n. 20. & 24.
- Varia redduntur exempla siue sententiæ ferantur alternatim, siue interpolatim, siue successiue, pro aliquo. n. 21.
- Clem. 1. de sent. & re. in. vt locum habeat, sufficit tres obtinere sententiæ siue successiue, siue interpolatim, aut alternatim. n. 22.
- Quia tunc generaliter in omnibus casibus tertio prouocari non potest. n. 23.
- Sententiæ tres conformes pro vna parte dare non possumus, quin ab alia non demus duas appellationes præcedentes. n. 24.
- Conformes sententiæ dicuntur que conueniant in qualitate & substantia. n. 25.
- Conformitas datur vbi adest identitas rei, causæ, & personarum, siue verè siue interpretatiue. num. 26.
- Sententiæ reindicatæ qui verè vel repræsentatiue eadem est persona. n. 27.
- Res iudicata dicitur vbi concurrunt identitas rei, causæ, & personarum. n. 28.
- Sententiæ in quo difformes dicuntur. n. 29.
- Sententiæ alias duas confirmans cum aliquo nouo grauamine seu additamento, quod alijs non adfit, recipit appellationem, licet in quo sit conformis exequatur hac appellatione pendente. n. 30. & n. 33. vbi declaratur.
- Et tunc sententiæ qua pro vna parte est appellabilis, & pro alia inappellabilis, indicatur diuidua. n. 31.
- Appellatio si aliquo casu sit permessa vbi tertio prouocare non potest, non impedit trium conformium executionem, nec causat attentatum. n. 32.
- Sententiæ tertia aliquid de nouo alijs addens, de quo sit actum in ceteris instantijs, tacitè aut expresse non dicitur prima super additamento, sed vltima. n. 33.
- Appellationis prohibitio & permissio concurrunt circa eiusdem sententiæ diuersa & separata, vnaque que qualitas operatur in suo subiecto. n. 34.
- Ab expensarum petitarum condemnatione in vltima sententiæ, quarum nulla mentio facta est in ceteris instantijs, tanquam à nouo gra-

- uam licet appellare. num. 35.
- Expensarum petitarum omiſſa condemnatio in sententiæ non intelligitur condemnatio in illis absolutus. n. 36.
- Victor in principali non potest appellare ab omiſſa condemnatione expensarum, si aduersarius victus à principali sententiæ appellauit, & de ratione. n. 37.
- Victor potest ab expensarum omiſſa condemnatione appellare, quando victus à sententiæ principali non prouocauit. n. 38.
- Et idem est quando victus appellauit limitatè quatenus contra. n. 39.
- Et quid quando victus simpliciter à sententiæ appellauit, appellationem non prosequitur. n. 40. remissiuè.
- Supradicta procedunt in expensis petitis officio iudicis mercenario dumtaxat. n. 41.
- Expensas iure actionis debitas & in condemnatione omiſſas potest victor denno petere, etiam sententiæ super principali transacta in rem iudicatam. n. 42.
- Redduntur exempla. ibidem.
- Reseruatio iniuriam facta in vltima sententiæ illius respectu dicitur ceteris difformis, & datur appellatio à reseruatione noua. n. 43.
- Sententiæ vltima condemnans ad eandem summam, ad quam alia, sub conditione tamen quatenus factò calculo tanta summa debeatur, non exequitur, quousque conditio purificetur. num. 44.
- Conformes non dicuntur sententiæ si vltima lata sit non super principali, sed super desertione, vt in exemplis. n. 45.
- Tamen cum tranſeant due in rem iudicatam ob desertionem, executionem merentur. n. 46.
- Sententiæ, que tendunt ad diuersum finem, non dicuntur conformes. n. 47.
- Sententiæ diuersa in tempore dicuntur difformes, & datur exemplum. n. 48.
- Sententiæ, altera absoluens, quia non est probatum, aliter obseruatione iudicij, non sunt conformes. n. 49.
- Tertia sententiæ declarans alias duas præcedentes nullas, qua postea est reuocata per aliam declarantem validas priores, an illis ista vltima dicatur conformis. n. 50.
- Et an tunc executio illarum sententiarum permittenda est non obstante appellatione ab hac vltima. n. 51.
- Tertia sententiæ alias duas latis super principali causa declarans nullas, dicitur prima respectu articuli nullitatis, & quarta que illam reuocat, dicitur secunda, & recipit appellationem. num. 52.
- Quod declaratur pulchre vsque ad n. 55.
- Duabus sententijs super principali latis conformibus, si à secunda appellatur, & simul de nullitate agatur, tertia fertur illas vt nullas reuocans,